

missione particulari Pauli. 3. iuxta ea quæ  
habetur in cap. Qui ad agenda de procura,  
in. 6. Et obiter notandum, q[uod] postquam Epis-  
copi dederint assensum dictis Prælatis yren-  
di hoc priuilegio infra duas dietas: non po-  
terunt sine causa rationabili tollere, aut reti-  
care. Quia Episcopi subduntur Iuri cano-  
nico dicenti. Quod semel placuit, amplius  
displacere non potest [sine causa scilicet ra-  
tionabili] de Régu. Iu. in. 6. Regu. 21. & re-  
gu. 16. Decet. Vbi glosa dicit, quod imponit  
necessitatem, quantum ad subditum, & quā-  
tum ad Principem potentem, quia potest pri-  
uilegium moderari. Et causa rationabilis vo-  
catur, si post licentiam viuerent scandalosē  
aut ea scandalosē vterentur: vel mentecapti  
essent, secundum Siluest. Confessor. 2. §. II.  
Nec cessabit hic assensus per mortem Episco-  
pi, qui dedit, quia ipse non dedit ex proprio  
iure, sed Papa ei commisit, vt posset pre-  
tare: & sic au&toritate Pauli. 3. dant assentū:  
qui ante non poterant: de quo videatur Titu-  
lus, de Au&toritate Apostolica Dominis E-  
piscopis concessa in favorem & beneficium  
Indorum. nu. II.

¶ Quarto est notandum, q[uod] vbi non sunt E-  
pis.